

humanitatis! delectabuntur in
contemplatione diuinitatis. Et io
cundabuntur in presentia tam be
ate societatis.

Dominica sexta in lxj.

Sermo primus

In lxx^a
Simile est regnum celorum
homini patrifamilias
qui exiit primo mane
conducere operarios
in vineam suam. **Matth. xx.** Do
minus noster sepe loquebat ad
urbas in parabolis ut homines hu
miles intelligerent. mali et supbi
intelligere non possent. Ad intel
ligentiam istius parabolae plura
per ordinem sunt videnda. Primo
quid sit ista vinea. Et dicendum
est quod ista vinea significat ecclesi
am siue vniuersitatem fidelium.
Ysa. Vineam domini sabaoth do
mus israel est. Ista enim vinea
tot palmites protulit: quot san
ctos habuit. Distinguit enim do
minus tria genera palmitum ut
habetur **Job. v.** Quibus enim sunt vi
ti id est christo adherentes per fi
dem sed non fructificantes per ope
rationem. de quibus dicitur. Om
nem palmitem manentem in me
scilicet per fidem non ferentem fru
ctum per operationem tollet eum pa
ter meus a consortio beatorum.
et ponet eum in consortium dam
natorum. De talibus dicitur **sapientia
iii.** Adulterine plantationes non

habunt altas radices. Vocantur
autem adulterine plantationes pal
mites ad radicem vitis crescentes.
quia sunt infructuosi et immatura
les. **Secundi** palmites sunt qui
huic viti nec adherent per fidem
nec fructificant per operationem
bonam. De quibus subditur. Si
quis in me non manserit: mitte
tur foras sicut palmes. et arefacti
et colligent eum sicut angeli et
in ignem mittent et arebit. **Isti**
sunt heretici et schismatici qui ab ec
clesia sunt precisi. Tam primi enim
palmites sicut infructuosi: quod se
cundi scilicet precisi ad nichil nisi
ad ignem valent. **Ex eccl. xv.** Si
liquis quid fiet de ligno vitis ex
omnibus lignis nemoris. **Item**
quid tolletur de ea lignum ut fi
at opus. aut fabricabitur ex ea
parillus ut dependeat quoddam
vas. **Ecce** ignis datus est in escam. **In**
talibus enim hominibus non est lig
num alicuius virtutis per quod pos
set fieri aliquod opus meritorium
nec parillus nec vita eminent.
ad quam vasa subito possunt pe
dere per exemplum. Et ideo ex quo nec
sibi sunt similes per opera merito
ria: nec alijs per exempla. ad quibus
apti sunt nisi ad incendia. **Tercii**
palmites sunt qui viti semper ad
herent et fructum faciunt. De quibus
dicitur **Job. v.** Qui manet i
me et ego in eo: hic fert fructum
multum etc. Tales enim multum
fructificant. quia scilicet a patre

qui est agricola purgantur. **Jo**
his. xv. Omnem palmitem ferentem
 fructum purgabit eum scilicet
 pater meus ut fructum plus
 afferat. Tum quia a filio qui est
 vitis vera humor infunditur. **Je**
 remie decimo septimo. Tanquam lig
 num quod transplantatur super
 aquas quod ad humorem imet
 radices. Tum quia a spiritu san
 cto qui est solaris radius vire ma
 turantur et excoquantur. **Cantico**
pri. Botrus cipri dilectus meus mi
 chi in engadi. Ad litteram enim di
 citur quod sol recto radio locum illu
 engadi respicit. et ideo vvas exco
 quat et vinum preciosum facit.

Secundo videndum est quis sit is
 te pater familias. Et dicendum est
 quod tota trinitas que habet tria pa
 lacia in quibus habet tres fami
 lias. Primum enim est celum
 ubi est familia filiorum dei. **Ps.** **lxxiij.**
 sicut novelle oliivarum in
 circuitu mense tue. **Secundo** ve
 ro palacium est mundus ubi est
 familia militantium. **Job** **sepio**
 Miticia est vita hominis super ter
 ram et tanquam mercenarii dies eius
 sunt. **Tertium** vero palacium est
 infernus ubi est familia in carce
 ratorem. **Isaie. xxx.** Congrega
 buntur in congregatione vnius
 fascis in lacum. et claudentur ibi
 dem in carcerem. Vel potest dici
 quod iste tres familie sunt tres sta
 tus scilicet iugati. continentis
 et virgines. Qui non est in aliquo

istorum statu non est de fami
 lia dei sed de familia dyaboli.

3. **Tercio** videndum est qui sunt is
 ti operarii. Et dicendum est quod sunt
 fideles. horum tamen tria sunt genera
 de quibus dicitur **Apoca. iij.** Vti
 nam frigidus es aut calidus.
 sed quod tepidus es etc. Quidam autem
 operantur fideliter et firmiter. Isti
 sunt calidi et boni operarii. **Po**
te autem **Crisosto.** super **Matth.** tria sig
 na per que operarii boni discernuntur
 a malis. Primum est quia bo
 nus operarius prius aspiciat opus.
 postea cibum. malus autem pri
 us oculos habet ad cibum quam ad
 opus iniunctum. Sic et serui dei pri
 us adherere debent operibus ad
 dei gloriam et postmodum ad vti
 litatem suam. mali autem econ
 uerso. Secundum signum est quod
 bonus operarius totum diem ex
 pendit circa opus sciendum. mo
 dicum autem temporis circa cibum.
 Malus autem parum vellet ope
 rari. et tota die comedere ac inebri
 ari. Sic et serui dei totum tempus
 debent expendere circa spiritualia
 procuranda. modicum autem cir
 ca temporalia acquirenda. mali
 autem econuerso faciunt. **Ter**
cium signum est. quia bonus ope
 rarius si forte opus non potest per
 ficere. et tunc se scit mercedem petere et
 coram domino apparere. Malus
 autem siue perficit siue non impu
 denter se ingerit et mercedem pe
 tit. Sic et serui dei si forte aliqua

carnis fragilitate impediuntur quod
ad hoc opus dei perfecte non faci-
unt apparere coram deo in orationi-
bus erubescunt: nec ab illo opere
mercedem a deo sperare presumunt
Mali autem nichil boni faciunt:
tamen audacter se ingerunt a de-
i patientia a longanimitate mi-
nis presumunt. Alii operantur ne-
quiter. Isti sunt frigidi a mali o-
perarii. de quibus dicit Augusti-
nus super psalmum. Nolo me continere
a malo a volo videre dies bonos.
sicut si oparius tuus diceret tibi.
Deuastauit vineam istam. Ad dux-
isti me ad istam vineam ut fodi-
am. putem a conscindam omnia
ligna utilia ut non habeas quod
colligas. Et cum fecerim omnia ista
reddidit tuus es michi laborem me-
um. Nonne insanum illum diceret
a de domo tua illum expelleres a
te quod ad falcem mitteret manum.
Tales sunt homines qui facere vo-
lunt malum a habere dies bonos.
Alii sunt qui operantur negligenter.
Isti sunt tepidi operarii qui se-
pe sunt peiores quam frigidi. Aqua e-
nim tepida quandoque congelatur
fortius quam frigida aqua ex eo quod
frigus maiorem resistantiam inue-
nit. a ideo virtutem suam fortius
sibi imprimit. Similiter a ferrum
durum a frigidum propter eandem
causam fortius figitur quam stipula
Eodem modo quandoque boni effi-
ciuntur mali a peiores sunt ceteris
quia dyabolus fortius in ipsis im-

primit suam maliciam propter
multam resistantiam: que est in
ipsis. Mali autem quandoque con-
uertuntur. a feruentiores sunt te-
pidis. quia deus fortius in eis im-
primit suam gratiam. Ideo dicit
Ecclesiasticus. xliij. Melior est iniqui-
tas viri: quam mulier beneficiens.
Quia conuertitur vir iniquus a
feruentius operatur quam mollis et
tenuis mulier. Quarto viden-
dum est que sunt iste hore. Et di-
cendum est quod si vinea allegorice
accipiat pro ecclesia: tunc secundum
beatum gregorium mane fuit ab
adam usque ad noe. Tercia a noe
usque ad abraham. Sexta ab abra-
ham usque ad moysen. Nona ve-
ro a moysen usque ad aduentum do-
mini. Undecima ab aduentu do-
mini usque ad mundi finem. Si ve-
ro vinea accipiat moraliter tunc
secundum eundem Gregorium. mane
est intelligentia puerorum: quia
paradeascit lux matutina in pu-
eris. Tercia vero est intelligentia
adolescentium que proficit in ca-
lore virtutis. lac etatis in splen-
dore cognitionis. Sexta est intel-
ligentia iuuenum: que plene ca-
let a lucet. sicut sol in meridie.
Nona est intelligentia antiquo-
rum siue senum que incipit decre-
scere in calore a cognitione. Un-
decima vero est intelligentia decre-
pitorum que iuxta occasum est.
Quia autem ad vitam bonam a-
lius in puericia sua. alius vero in

adolescētia. Alius in iuuentute. alius in senectute. alius in etate decrepita pducitur. ideo in diuersis horis a deo operarij in vineaz vocantur. Quinto videndum ē quis sit iste denarius qui omnibz datur. a significat beatam vitam que ab omnibus percipitur in q̄ non vinct vnus plus. alius in? vel prolixius. a tamen ibi erunt multe diuersitates meritoruz. dicitur autē denarius quadruplici ratione. Primo ratione nomis. Denarius enim dicitur a decem. ex eo q̄ olim decemv fuales valebat. a ideo illa vita beata denarij dicitur. quia pro obseruatiōe decalogi datur. Math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata

Secundo ratione imaginis. R mago enim dei in beatos imprimetur p assimulationem in ipm ij. ad Choz. iij. Nos autē omnes reuelata facie gloriam dei specularētes: in eandem imaginem transformemur. Tercio ratione scripture. quia ibi erit scientia a cognitio veritatis. ij. ad Chozimē. xij. Nunc cognosco ex parte: tūc autem cognoscam sicut a cognitus sum. Quarto racōne figure spe vite. q̄a ibi erit eternitatis possessio. Job. viij. Ego vitam eternaz do eis. Sexto videndum est quis sit iste procurator. Et dicendum est q̄ xp̄istus in quātum homo. nā in quantum deus est paterfamilias istius vinee cum patre. Est igitur

procurator. q̄a sicut dicit glo sa interlinearis pater sibi dedit omnia in manus. omnia sciūcet celestia. terrestria. a infernalīa. Nam celestibus procurat iustaz remunerationē. Math. xx. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Terrestribus procurat veram propiciacōnem. a Jobis. v. Aduocatum habemus apud patres ihesum xp̄i iustum iustum. a ipse erit propiciatio p peccatis nostris. Infernalibus procurat eternam puniōnem. Ps Reges eos in virga ferrea. Septimo videndum est vnde sit ista murmuratio. Et dicendū est q̄ murmuratio hec ex quinqz causari potest. Primo ex motu impatientie de qua dicitur Job. x. Neqz murmuraueritis sicut q̄dam eorum murmurauerunt et perierunt ab exterminatore. Ista talis murmuratio non erit inter sanctos. Gregorius. Regnum celorum nullus murmurans accipit. Nullus enim qui accipit murmurare potest. Secundo causari potest ex magna desiderij intentione. Intentio est quedam cordis murmuratio. a talis murmuratio erat in antiquis patribz qui nimis intente suā liberatione; affectabant. Vnde dicebat vnus Is. lvi. Vtinā disrumperes celū a descenderes. Ista talē murmuratio nē hnt aie sanctorz q̄ dicit Apo.

primis fuerit talis
mulum vltimam
ipis. Mali autem
uectur. a fuerit
pdis quia tunc
pmit suam potest
Edehali. xij. M
tas via: q̄ mudi
Qua conuocant
fructus operum
tenus mudi. S
dum est que h
endum est q̄
accipitur pro
beatum greg
ad amvis ad no
visq ad ab
hamvisq ad m
ee a m
mmi. Vnde
mmi. Vnde
re vna accipit
sōm dnm Greg
est intelligit
panda sit h
ens. Tercia
adolecentum
lecte vicinis.
do et cognos
figura iudic
let a h
Non est
rum hie
fate in cal
de am
pitoam
Quia autem
has in purp

vi. Vsq̄ quo d̄minē sanctus et
verus non vindicas sanguinem
nostrum. Tercio causari potest
ex longa expectatione. a cordis
suspensione. et ista etiam fuit in
antiquis patribus. Gregorius.
Accipientes murmurabant. q̄
antiqui patres in infernum descē
dentes a gloria dilati sunt. Qua
si igitur post murmuracione; be
narium accipiant qui post lōga
inferni tempora ad gaudia regni
puenerunt. Quarto causari po
test ex admiratione diuine clemē
tie. a ista murmuratio aliquādo
est inter sanctos viros qui viden
tes q̄ deus tam copiose remune
rat a citius remunerat tarde veni
entes q̄ sibi longo tempore serui
ētes. quod animo murmurāt
sup hoc liberalitatem dei a miseri
cordiam admirantes. Vnde Pe
trus murmurare potuisset q̄ ip̄e
latro citius ad regnum puenit.
Et de tali murmuracione etiaz in
telligi potest quod dicitur hic.
Quinto causari potest ex admira
tione diuine sapientie seu patien
tie a hanc habēt beati viri qui vi
dentes malos in hac vita florere
quodammodo murmurant sup
hoc patientiā dei admirantes. Je
remie. xij. Justus quidem dñe tu
es si disputem tecū Quare via im
pioꝝ prosperatur. a bene est om
nibus qui preuatiātur a inique
agunt. Abacuc. Quare respicis
contemptōrem a taces calcantē

impium iustiorē se. Vel potest
accipi murmuratio pro quada;
suppositione quasi dicat. Dato q̄
sic murmurarent: taliter responde
ret eis.

Sermo secundus.

Ite a vos in vineam meā
a q̄ iustum fuerit dabo
vobis a vbi supra. Ista
verba dixit dominus vince illis
qui stabant ociosi in foro. Mag
num quidē periculum est ocia sec
tari. q̄ dyabolus quos ociosos
inuenit: statim ad opus suum as
sumit. Vnde monet Hieronim⁹.
Semp aliquid boni facito: vt dy
abolus te inueniat occupatum.
Aliquando tamen dominus dya
bolum preuenit. a ociosos ad la
borandum mittit sicut hic quan
do dixit. Ite a vos in vineam me
am. In hoc enim ostenditur ma
gna dei pietas a misericordia. La
bor enim infidus fuit homini pp
ter peccatum. Gene. iij. In sudore
vultus tui vesceris pane tuo a ta
men ipsum laborem nobis ouer
tit in gaudium. Psalmista Labo
res manū um tuarū quia man
ducabis Augustinus. Ineffabili
dei misericordia ipsa pena vitio
rum transit in arma virtutum. et
fit iusti meritum supplicium pec
catorum. In verbis igitur premis
sis tria videnda sunt. Primo e
nim quid per vineam signatur.

Secundo propter quid operari
 in vineam mittuntur quod nota
 tur cum dicitur. *Ite a vos in vinea
 meam.* Tercio que merces eis p
 mittitur. quod notat cum dicit.
 Et quod iustum fuerit dato vob
 ac. Circa primum notandum
 qd vineam scdm bernardum ai
 ma siue conscientia signatur. In
 vinea enim anime nostre labora
 dum est vt amputem palmites
 luxuriantes carnis concupiscē
 tie. *Canticor. iij.* Tempus puta
 tionis aduenit ac. proficiam la
 pides superbie. *R. saye. v.* Lapi
 des elegit ex illa. a extirpemus a
 uaricie spinas. Vnde dicitur ibi
 dem de vinea malorum. Ascendet
 super eam repes a spine. In ta
 li enim vinea sic purgata nascun
 tur bone gemme. boni flores. a bo
 nevue a bonum vinum. De qui
 bus dicitur *Gen. xl.* Videbam co
 ram me vitem in qua erant tres
 propagines crescere paulatim in
 gemas a post gemmas flores. a
 post flores vuas maturescere. Tu
 li igit vuam a expressi in calice.
 a tradidi poculo pharaoni. Ge
 me bone sunt cogitationes bone.
 Sicut enim gemme sūt principi
 a bonorum fructuum in vinea sic
 bone cogitationes sunt principi
 um a origo omnium bonorum ope
 rum in anima. Prius enim qd ho
 mo aliquid faciat cum cogitacō
 ne pertractat. *Eccle. Cogitavi a
 vino subtrahere carnem meam :*

vt animum meum transferret ad
 sapientiam Et cum illud principiu
 a nobis habere non possimus id
 a deo petere debemus. *ij. ad. Cho
 rin. iij.* Non qd sufficientes simus
 aliqd cogitare ex nobis ac. flo
 res autem boni sunt bone volūta
 tes. Crisostomus. Bone volunta
 tes sunt apud deum suaves que
 admodum odoriferi flores. Sicut
 ex gemmis nascuntur flores : sic
 ex bonis cogitationibus nascunt
 bone voluntates. Sicut enim flo
 res scdm Crisost. non possunt p
 cedere nisi precedant gemme : sic
 nec aliquis potest habere bonam
 voluntatem nisi prius habeat bo
 nam cogitationem. Dicuntur ei
 flores a fauonio qui est ventus le
 uis : qui greco nomine zephyrus
 appellatur qui flores generat et
 conseruat. a venit ab occidente. a
 ideo mortem a occasum hominis
 representat. Vel dicuntur flores
 scdm psidoy quasi fluidi ex eo qd
 cito fluunt a resoluuntur. a maxi
 me ab austro propter aquarum
 abundantiam. Vnde auster qd
 hauriens a quas vocatur. Per qd
 datur intelligi qd bone volūta
 tes generantur a conseruant p mor
 tis memoriā. Resoluunt autem a
 dissipant a nimia reū abundā
 tia. Vue aut bone sunt fructus bo
 norum operum. Sicut em fructus nas
 cunt ex floribus : sic bona opera nas
 cunt ex bonis voluntatibus. *Eccle.
 xxiiij. Flores mei fructus honoris*

impia in iustis
 accipi membra
 sup ofione quib
 sic in membra
 ut as

Sermo in vobis

Tea vestimenta
 qd iustitia
 vobis dicit
 vobis dicit
 qui stabant
 num quod
 tati. qd
 inuenit
 fumit. Vnde
 Semp aliquid
 ab his inuenit
 Aliquando
 bonum potest
 bonum mittit
 do dicit. Ita
 am. In hoc
 gna in pietas
 boni in iustis
 ter peritiam. *Gen. ij.*
 vultus cui
 men ipsum
 tie in gaudium
 res mansum
 Ducatis Augu
 de iustitia
 rum transit
 fit in iustitia
 catorem. In
 sic tria vid
 min quid p

a honestatis. dicuntur autem v
ue quasi humide scdm yfidrum
ex eo qd intrinsece humore plene
sunt. sic opera seruorum dei debent
esse humida id est humore deuo
tionis a caritatis plena. Iheremi
e. xxxi Inebriabo animas sancto
rum pinguedine. Vinum aut si
gnificat gaudium cordis: qd eti
am in presenti ex bonis operib9
generatur. dicitur autem vinum
scdm yfidrum a vena ex eo qd vena9
sanguine replet. Vne anime po
tentias anime significat. Memo
ria enim repletur gaudio: quan
do bona que facit recollit. Intelli
gentia: quando in statu salutis
se esse cognoscit. Voluntas qua
do in bonis operibus perseuerare
intendit. De isto gaudio quod i
presenti ex bonis operibus gene
ratur dicit glo. sup illud ps. In
custodiendis illis retributio mlti
ta. Non tantum pro illis in futu
ro reddetur premium sed hic scili
cet in eorum custodijs. Circa
secundum scilicet propter quod
operarij in vineam mittuntur est
notandum qd operarij mitti in vi
nea consueuerunt ad tria. scilicet ad
putandum ad fodendum a ad
vindemiandum. sic a nos vineam
conscientie nostre debemus puta
re omnia vitia resecando. dicit ei
ambrosius ad simplicianum Vi
nea precisa fructificat. non puta
ta frondescit. neglecta luxuriat.
Vinea igitur anime nostre bene

precisa a putata ab omnibus vi
tijs putatis fructificat per bona o
pera. Job. xv Omnes qui fecerint fru
ctum purgabit eum vt fructum
plus afferat. Osee. ix Vitis fron
dosa israel fructus adequatus e
ei. Illa est optima vinea: in qua
fructus folijs a folia fructib9 ad
equantur. a illa est optima ani
ma in qua verbis opera. a verba
operibus assimilant. Iste autem
fructus attenditur a foris p bona
famam a intus per bonam conscien
tiam. Prouer. xxiij. Para foris
opus tuum. a diligenter exerce a
geum tuum. Sicut enim dicit csa
rius. quid prodest si exteriora no
stra possidet serenitas a interiora
tempestas. Vineam enim sempu
tata id est anima negligenter pur
gata frondescit: id est multaxer
ba a pauca opera gignit. Talis
vineam est maledicta. Hoc signi
ficatum est Math. xij. vbi domi
nus ficulnee hnti sola folia ma
ledixit. Tercio talis vinea est
eradicanda a igni oburenda. Lu
ce. iij. Omnis arbor que non facit
fructum eradicabit a in ig
nem mittetur. Vineam enim neg
lecta luxuriat a in palmites suos
degeneres a filuestres facit. Et
insuper oriunt ibi spine a vpres
Vnde dicitur Esaye quinto. No
putabitur a non fodietur a ascen
dent sup eum vpres a spine. Ve
pres enim scdm yfidrum bican
tur qm vi prendentes. Spine dnt a

aspice propter acerbitatem. Quia enim conscientia non purgatur oriuntur temptaciones carnales animam vi prementes. violentè capientes Oriuntur etiam ibi cogitationes spirituales animaz a cute perforantes. Talis etiam vinea efficitur sive stris a non profert vuas sed labruscas. **Psal. v.** Expectavi vt faceret vuas a fecit labruscas. Dicitur autem labrusca a labris viarum. quia tales anime ita efficiuntur sive stris vt nichil spirituale sapiant. **ij. ad Cor. ij.** Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Et efficiuntur demombus perueit per eas incedant. **Job decimo nono.** Venecit latrones a fecerunt sibi viam per me. **Secundo** debemus ipsam vineam nostram fodere. Sunt autem huius vinee que tuor fossores. Primus enim est pudor: qui habet terram cordis mollificare. Quando enim peccator cogitat sui status horribilitatem: inde concipit magnum horrorem a ruborem. **Rom. a. vi.** Què igitur fudum habuistis tunc: in quibus nunc erubescitis. Talis enim rubor terram habet molliè. **Job tricesimo tercio.** Deus molliuit cor meum a omnipotens conturbauit me. Deinde accedit secundus fossor scilicet dolor: qui cor sic emollitum habet scindere. **Ps. qd terra emollita fuerit: facilius scinditur.** **Jobel. ij.** Scindite cor

da vestra a non vestimenta vestra. Qui etenim scindunt corda: scindant a vestimenta id est exteriora opera sed non conuerso. Deinde accedit tertius fossor scilicet timor dei qui omnes lapides id est omnia peccata que in corde scissa a defossa inuenerit: habet extra projicere. **Prouerbio 22.** Timor domini expellit peccatum Deinde accedit quartus fossor scilicet amor qui omnes palmites infructuosos ad radicez vitis sicut ortos id est omnes amores mundanos habet euellere a eradica re. Vnde Augustinus. Qui biberit de fluuio paradisi cuius gutta maior est oceano: restat vt in eo sitis mundi penitus sit extincta. **Tercio** debemus istam vineaz vindemiare scilicet opera nostra colligere a deo offerre. Sed hodie sunt tres mali vindemia tores scilicet auaricia. superbia a luxuria **Ps.** Vindemiant cum omnes que pretergrediuntur viam. Exterminauit eam aper de silua. a singularis feus depastus est eam. Ambulantes per viam sunt auari que non cessant currere vt. s. diuitias possint acquirere a augere. Et est mirabile. quia in via pedum quanto quis senior tanto debilior. In via autem auaricie et licetorum quanto quis senior: tanto ardentior. **Aper de silua** id est periculis siluestris. a significat luxuriosum quod efficit sicut periculis a immundis

prelia a puritate
tius puritate
pea Job. vii. Conu
atum purgabit
plus alicet. Ope
dola israel factus
ei. Illa est optima
fructus folie: sicut
equantur. a de ali
ma in qua verberat
operibus altitudi
fructus utriusque
famam a non purita
tiam. **Prouer. xij.** opus nri. a dignum
gum nri. Sicut enim
nus. quid prodest
stra p'ssire. **Leuitico**
temp'itas. **Vinea**
ta id est ania. **Ungue**
gata f'ndat. a **id est**
ba a pauca opera
vinea est malicia. **id**
ficam est. **Matth. xij.**
nus finaliter h'no. **id est**
ledit. **Tercio** debet
creb'anda a igne
co. **ij.** Omnis arbor
fructus bonum reuoluit
nem mortuo. **Vinea**
lecta h'p'itae a in p'p'io
de genere a sicut
insup'ce co'ant. **id est**
Vnde dicitur. **Psal.**
p'ua b'itae a non d'bit
de ut sup' am'p'itae
p'as enim s'om' p'itae
aut q' vi' p'and'itae

a singularis ferus id est superbus
qui neminem super se vult habe
re a est ferus id est crudelis. quia
alios vult opprimere a humilia
re siue suppeditare. Isti omnes vi
demiant vineam istam ita q̄ p̄pri
stus vix potest in vinea inuenire
aliquem racemum. Michæ septi
mo. Ve michi qui sum sicut qui
colligit racemos in autumnno.

Circa tertium scilicet mercede
que operarijs promittitur est no
tandum q̄ tres ponuntur differē
tie operarioꝝ. Quidam em̄ sunt
quibus promisit dominus denal
um diurnuꝝ illi scilicet qui in ma
ne scilicet in puericia domino ser
uierunt. Denarius enim diurnuꝝ
dicitur merces que debetur p̄ la
bore diurno scilicet p̄ totum dieꝝ
hoc est p̄ totam vitam exhibito
Est enim labor matutinus illoꝝ
qui in sua puericia vel iuuentute
deo seruire incipiūt: sed postea de
ficiunt. Osee. vi. Misericordia ve
stra quasi nubes matutina a q̄si
ros mane transiens. Est labor ve
spertinus illoꝝ scilicet qui in sua
senectute cū corde ad deum redeūt
quorum seruitium deus habet ac
ceptum. **Ps̄.** Eleuatio manuum
meaꝝ sacrificium vespertinum.
Est labor nocturnus illoꝝ scilicet
qui male agunt. **Job. iij.** Omnis
qui male agit odit lucem. Talia
autem opera nocturna sunt abij
cienda. **Roma. xij.** Abijciamus
opera tenebraꝝ Est labor diurnuꝝ

eoruꝝ scilicet qui totam vitam su
am habent clamam a lucidam. **ij.**
Thessal. v. Omnes vos filij lucis
estis a filij diei. Secunda differē
tia est illoꝝ quibus dominus p̄
misit dare quod iustum est sicut
illi qui in tertia. sexta a nona ho
ra venerunt: quos deus remune
rauit vt iusticia requirit cōsiderā
do magnitudinem operis. **Ps̄.**
Sedm̄ multitudinē; miserationū
tuarum respice in me. Radiaꝝ ca
ritatis. quia deus non respicit q̄
tum sed ex quanto. sicut patet in
vidua que plus dedit. quia cum
maiori affectu dedit: vt habet **Lu**
ce. ij. diuturnitate in laboꝝ unde is
ti conquerebantur dicentes. Qui
portauimus pondus diei a estus
Sap. ij. Omnia in numero. ponde
re a mensura disposuisti. deus in
remuneratione attendit. a men
suram temporum. numerum ope
ris a pondus amoris. Tercia dif
ferentia est illoꝝ quibus domi
nus nichil promisit illoꝝ scili
cet qui in hora vndecima: hoc est
in etate decrepita ad deum vene
runt. Tales enim ex debito nihil
petere possunt: sed quicquid eis
deus donat ex gratia donat. **Suf**
ficit enim talibus semibus q̄ a
deo reguntur. **Juxta illud.** Senex
puerum portabat. puer autem
senem regebat q̄ a deo non dese
linquatur. **Psalmista.** **Vsq̄ in**
senectam a in senium deus non
derelinquas me **Q̄a domino nō**

83
87
prohiantur. Psal. Ne proicias
me in tempore senectutis.

Sermo tertius eiusdem

Qum sero factum esset di-
xit dominus vinee proci-
ratori suo ac. vbi supra.
Per istam vineam intelligere pos-
sumus penitentiam in qua per di-
uersas horas operari conducun-
tur dum alij in puericia. alij in iu-
uentute. alij in senectute ouertu-
tur. Ad istam autem penitentiam su-
mendam ecclesia hodie in officio
misse inducit nos verbis exem-
plis et promissis. Nam in episto-
la nos verbis hortatur ad curre-
dum per pnie opera ad certandu-
m contra dyaboli temptamenta. In eu-
angelio ad laborandu in vinea
et in conscientia. Secundo inducit h-
oc exemplis adducens nobis in ex-
emplum tres magnos peccatores
qui totum officium misse op sue-
runt. scilicet dauid qui oposuit introi-
tum ne quis desperet propter peccatu-
m luxurie. paulum qui oposuit epi-
stolam ne quis desperet propter pec-
catu superbie. Et matheum qui opo-
suit euangelium: ne quis desperet
propter peccatum auaricie. Tercio
ecclesia nos inducit ad penitenti-
am promissis. Promittit enim la-
boranti denarium currenti brauium
et pugnanti coronam. Istud autem
tempus septuagesime representat
tempus preuaricationis ad quod tempus

nostre pnie. Quia enim reputat
tempus preuaricationis ad ecclesia
deposuit cantica leticie. scilicet allehuya
gloria in excelsis. et te deum lau-
damus. Allehuya quidem est canti-
cum patrie celestis. Thob. iij. Per
omnes vicos tuos. Iherusalem canta-
bitur allehuya. Gloria in excelsis
est canticum leticie angelice. quia
illud in natiuitate xpi cantabatur.
Te deum laudamus est canticum
vniuersalis creature quia omnes cre-
ature ad laudandu deum illic in-
troducuntur. Ideo illa tria cantica
subticent ad ostendendum quod ho-
mo priuatus est celestis patrie per pec-
catu. societate angelice laude
diuina. Istud autem tempus repre-
sentat etiam tempus nostre penitentie
in qua quidem debemus mutare le-
ticia in salubrem tristitia. Ecclesia
iij. Tempus flendi et tempus ridendi.
Viri autem perfecti habent tres leti-
cias: qui per illa tria cantica superi-
us posita designantur. Sunt enim le-
ta corda. leta verba et leta opera.
Sed viri penitentes debent leticia cor-
dis ouertere in contritionem. leticia
operis in laboriosa satisfactionem
et leticia oris in peccatorum confessio-
nem. Ipsi autem penitentes per labore
pnie a deo recipiunt mercedem sa-
lutis eterne. de qua intelligitur vo-
lum superius positum. Cum sero
factu esset ac. vbi sex ponuntur.
Primo tempus cum dicitur. Cum sero
factu esset. Per sero intelligitur
finitis seculi et mors cuiuslibet hois

videtur apoc. xij. i
ym. de alla.

In sero enim dies finitur, homo
in domum suam ingreditur, et ab
operibus suis quietatur. Sic etiam
tunc quasi in fine seculi: vel in mor-
te cuiuslibet finitur dies mutabi-
litate Psalmista Adesse festinant
tempora. Dicuntur autem tempo-
ra secundum **V**idetur enim a tependo. Di-
cuntur autem curricula. quia nun-
quam stant. Nam in presenti homi-
nes sunt tepidi scilicet in caritate
et currentes ad vitia et peccata. ut
habetur Math. xiiij. Quoniam a-
bundavit iniquitas. Ecce quod cur-
rentes ad vitia. Refrigescit cari-
tas multorum. Ecce quod tepidi in ca-
ritate fraterna Tunc autem tempo-
ra festinant adesse. quia tunc san-
cti erunt stabiles in eternitate. et
feruentes in amore. Tunc enim
homo ingreditur domum sue eter-
nitatis. Ecclesiasti. xij Ibi homo
in domo eternitatis sue Tunc enim
homo quietatur a labore cuiusli-
bet operis. Apoca. ix. A modo iam
dicit spiritus ut requiescant a la-
boribus suis. **S**ecundo ponitur
vocantis curialitas cum dicitur.
Voca operarios. quasi dicat Non
expectes donec quod ipsi mercedem pe-
tant: sed tu eos voca ad quietem
ad cenam et ad mercedem. Ad is-
ta enim tria operarii consueverunt
vocari. Nam secundum bernardum tria
erunt in sanctis scilicet requies a
labore. et hoc est vocari ad requiem
Psalm. xxiiij. Sedebit populus me-
us in pulchritudine pacis. in ta-

bernaculis fiducia. in requie opu-
lenta. iocunditas in nouitate. et
hoc est vocari ad cenam. que est
tam noua et iocunda. Apocalipsi.
nono. Beati qui ad cenam agni
nuptiarum vocati sunt. Satietas
de eternitate. et hoc est vocari ad
mercedem id est ad denarium in
quo ratione ro tunditatis eterni-
tas designatur. **T**ercio ponitur
remuneratorum dignitas cum dicitur.
Operarios. Ideo enim digni
sunt eterna remuneratione. quia
non fuerunt ociosi sed in continuo
labore Ociosos enim non compe-
tit habere remunerationem suam
nisi in inferno. Non enim compe-
tit eos esse in mundo. quia est lo-
cus laborum. Job. v. Homo nati-
citur ad laborem et auis ad volan-
dum. Nec esse in celo. quia datur
laborantibus. sicut patet hic. et
Proverbio. vltimo. Laudent enim
in portis opera eius. Nec in terres-
tri paradiso. quia ibi fuit homo
positus ad laborandum et opan-
dum Gen. ij. Oparetur et custodi-
ret illum. Nec esse in purgatorio
quod ibi non purgantur nisi laboran-
tes. Ps. In labore hominum non
sunt. et cum hominibus non flagel-
labuntur. Relinquitur enim que-
rent in inferno. quod ibi non est lo-
cus ad operandum: sed ad recipien-
dum penam. Eccl. ix. Quicumque potest
manus tua instanter opere. quod
nec opus. nec ratio. nec sapia. nec
scientia erunt apud inferos quo tu

xxxij

properas. Quarto ponitur debiti
 preciositas cum dicitur. Redde il
 lis mercedem id est denarium id
 est vitam beatam que per dena
 um designatur. Primo quod ibi est
 aperta caritas. Ideo dicitur dena
 rius diurnus a dyana quod est cla
 rum. ii. ad Cor. iii. In eandem
 imaginem transformamur de cla
 ritate in claritatem. Nam de clara
 visione humanitatis intrabim⁹
 in claritatem contemplationem di
 uinitatis. et de clara contempla
 tione diuinitatis transibimus ad
 claritatem visionem humanitatis.
 Secundo per denarium signatur
 vita beata. quia ibi erit dulcis su
 auitas. In hac enim vita nichil
 dulcius amabitur quam deus. Augu
 stinus de fide christiana. Video
 vos sic amare pecuniam ut inten
 te amore pecunie labores graues
 suscipiatis. ieiunia toleretis. ma
 re transeat. ventis et fludibus
 vos committatis. Sic me amate
 Plus volo amari ait deus Impi
 is loquor. auaris loquor. Ter
 tio signatur per denarium. quia
 ibi est plena copiositas. Nam se
 cundum opinionem vulgi habi
 ta pecunia habentur vniuersa. quod
 ibi omnia continentur. Sic et in
 deo omnia continentur et in ipso
 habito omnia habentur. Exodi
 decimo tercio. Ego ostendam ti
 bi omne bonum. Anselmus. A
 maius bonum in quo est omne
 bonum et sufficit tibi. Iste autem

denarius dicitur fuisse vnus. qui
 a omnes habebunt vnum celum
 ad inhabitandum. sed tamen
 ibi sunt diuerse mansiones. Jo
 hannis vicefimo quarto. In do
 mo patris mei mansiones multe
 sunt. Omnes etiam habebunt e
 andem caritatem ad contempla
 dum. sed tamen sicut stella differt
 a stella in claritate. Sic etiam re
 firrectio mortuorum. De hoc enim
 habetur secunde ad Corinthios
 decimo quinto. Omnes habebunt
 eandem dulcedinem et suauitatem
 ad fruendum. Sed tamen est a
 lia dulcedo rotis. alia vero dulce
 do lactis. alia dulcedo mellis. Is
 tam autem triplicem dulcedinis
 differentiam tangit cum dicit Ec
 clesiastes. In illa die stillabunt
 montes dulcedinem et colles flu
 ent et cetera. Tres gradus esse o
 stendit in dulcedine. Sic et in bea
 tis gradus erunt in diuina suau
 itate. Quinto vero ponitur penitenti
 um magna consolatio. cum di
 citur. Sic erunt primi nouissimi.
 et nouissimi primi. Sepe etenim
 illi qui ad penitentiam tarde veni
 unt citius remunerantur: quam illi
 qui tempestiue veniunt. quia citi
 us de corpore exeunt. Citius enim
 latro est remuneratus quam petrus
 apostolus. vel illi qui sunt nouis
 simi in oculis suis: sunt primi in
 oculis dei. secundi Regum xv.
 Nonne cum paruus esses in oculis
 tuis: caput i tribubus israel factus es

Vel illi qui sūt nouissimi in iudi-
cio hoim: sepe sunt primi in iudi-
cio dei. quia deus non considerat
exteriora cor:poris: sed interiora
cō:dis. pri. Re. xvi. Homo em̄ vi-
det que patent. deus autem intui-
etur cor. Vel potest dici q̄ primi
erunt nouissimi. a nouissimi pri-
mi. quia sepe illi qui tarde ad pe-
nitentiam veniunt tempore prece-
dent alios in feruore. Seneca. sfa-
ciamus quod in itinere fieri con-
sueuit. Qui tardius exierat: velo-
citate moram openlat. Beda sup
illud. sic erunt nouissimi aē. Me-
ti prius feruentes postea tardes-
cunt. multi prius frigidi: postea
exardescunt. Multi in seculo despe-
di: in futuro sunt glorificandi.
Multi apud homines gloriosi: in
futuro sunt damnandi. Sexto po-
nitur presumentū magna timo-
ris incussio. cū dicitur. Multi sūt
uocati. pauci vero electi. Ad quō
q̄ enim sumus uocati. Primo vt
in celestes reges a episcopos eli-
gamur. pri. Pe. iij. Vos estis ge-
nus electum regale sacerdotium.
aē. Videmus enim q̄ ad electio-
nem regum a episcoporum mlti
uocantur. a tamē vnus solus eli-
gitur. Sic a multi uocantur ad fi-
dem: sed pauci eligūtur ad rega-
lem a celestem dignitatem. Se-
cundo uocati sumus vt in stadio
ecclesie militantis viam dei man-
datorum curramus. Psalmista.
Viam mandatorum tuorum cū

curre. Videmus etiam q̄ multi vo-
cantur ad stadium: sed tamen v-
nus accipit brauium. vt dicitur
pri. ad Cho. nono. Sic etiā mul-
ti uocati sunt vt per viam fidei ac
mandatorum dei currant: sed ta-
men pauci p̄seuerant. Vnus ei-
a p̄seuerans scdm glosam acci-
pit brauium id est pallium cele-
stis victorie. Tercio sumus uoca-
ti vt in area ecclesie militātis pug-
nemur a mundemur. Luce tercio
Cuius ventilabrum in manu ei⁹
a permundabit aream suā. Vide-
mus etiam q̄ multuz de palea re-
linquitur. a parum in horreo de-
tico reconditur. Sic etiam multi
sunt qui bonis op̄ibus vaci ex-
istentes relinquuntur a combu-
runtur. pauci vero in dei horreo re-
conduntur. Luce tercio. Congre-
gabit triticum in horreum suum
paleas autem comburet igne in-
extinguibili. Quarto vero sum⁹
uocati vt in domo celesti tanq̄ vi-
ui lapides edificemur. prime Pe-
tri secundo. Ipsi tanq̄ lapides vi-
ui superedificamini in domo spi-
rituales. Dom⁹ enim celestis pa-
trie non edificatur nisi de lapidi-
bus preciosis. Ezechielis quasi
vltimo. Ex lapide precioso om̄is
circuitus murorum eius. Videm⁹
autem q̄ multi sunt lapides pre-
ciosi: sic ad edificandum domum
celestis patrie multi sunt uocati:
pauci vero electi. Sed tamē lapi-
des om̄nes id est qui habēt fidē

tantum a non opera relinquunt
 a de eis domus infernalis edifica
 tur. Pauci autem sunt lapides
 preciosi id est qui fidem habent et
 opera qui in celeste edificium assu
 muntur. Quinto vocati sumus ut
 celestem patriam introeamus. Vi
 dimus autem quod multi filiorum israel
 ad ipsa terra, per missionis vocati
 fuerunt: sed pauci de illis ad intran
 dum fuerunt electi. Et ratio est.
 quia que ducit ad perditionem mi
 nis est lata que autem ducit ad
 vitam nimis est angusta. Mat.
 vii. Lata est porta et spaciofa via
 que ducit ad perditionem. et multa
 sunt qui intrant per eam. Quia angu
 sta porta et arcta est via que ducit
 ad vitam. et pauci sunt qui veni
 unt per eam.

Dominica in. iij. sermo primus

Quoniam qui seminat se
 nare semen suum etc.
 Luce viij. Consuetudo
 domini fuit in parabolis
 loqui ut in iudeis et palestiniis ubi pre
 dicabat gereret. ut divina miste
 ria indignis non panderet. ut bo
 nis a humilibus exercitandi se oc
 casionem preteret et ut quod do
 cebat memorie imprimeret. Est
 autem parabola sicut dicit Iheremi
 in rerum natura sibi discrepanti
 um sub aliqua similitudine facta
 comparatio. Et subdit. Parabole
 gratia similitudo dicitur latine ut

quando aliquid intelligere volu
 mus per aliquam comparationem in
 dicamus. ut ferro aliquid ducit.
 velocis mentis comparat auro
 In ista autem parabola mentio fit
 de tribus. scilicet de seminatore.
 de semine. et de terre varietate. Se
 minator enim proprie est christus.
 Predicator enim potest esse cophi
 nus seminator et seminator. Au
 gustinus. Ego autem cum semino
 verbum dei nichil sum nisi cophi
 nus seminantis. Ille in me ponere
 dignatus est quod vobis per ego.
 Notate attendere ad vilitatem co
 phini: sed ad vilitatem seminis.
 et ad potestatem seminatorum. Ad
 bonum autem seminatorum quatuor
 requiruntur que fuerunt in christo.
 et in presenti euangelio denotan
 tur. Primum est magna diligen
 tia. quod notatur cum dicitur. Ex
 iit. Bonus autem seminator non
 debet ocio torpere: sed ad agros
 suos seminandos sepe exire. Sic
 christus tanquam seminator bonus exi
 it. Primo de sinu patris. et venit
 in agrum veteri et virginis. et ibi
 tria semina seminavit. scilicet se
 men eternum. antiquum et novum
 et divinitatem suam que est eterna.
 carnem suam que est antiqua. et
 ab adam traducta. Et animam suam
 que de novo fuit creata. De hijs tri
 bus seminibus tanquam de tribus fa
 rimis. eterna. antiqua et nova fa
 ctus est ille panis celestis. Jo. vi.
 Ego sum panis vivus que de celo descendit.